

Algesimus

radicem: tertioq; die in sole sicari: donec candidus fiat. Quotidie autē ante solem occidentē in testū referri: quoniā palustribus defectis nocturni rores noceant.

De iunco genera sex: & de cypero: & de medicamentis earū & de cypiro. & odorato iunco: ca. xix.

Imilia præcipit de iunco quē mariscō appellat: ad texendas tegetes & ipsū iunio mēse. eximi ante iuliū medium præcipiens. Cætera desiccādo eadē quæ de ulua suo loco dixim⁹. Alterū genus iuncoꝝ facit: quod marinū & a græcis oxychoenō uocari inuenio. tria genera acuti: sterilis. quē marē oxyn græci uocāt: reliqua scemenini. ferentis semen nigrū: quē melācranin uocant. crassior hic & fruticosior: magisq; etiānum tertius qui uocatur holoschoenos. ex iis melācranis sine. aliis generibus nascitur. oxy. autē & holoschoenos eodē cespite. utilissimus ad uitialia holoschenos quia mollis & carnosus ē. fert fructū uuarū cohærentiū mō. nascitur autē is quē marē appellamus ex semetipso: cacumine in terram defixo. melancranis autē suo semine: alioquin oium radices omnibus annis intermoriūtur. usus ad nassas marinas. uiliū nexus: elegantium lucernarum lumina præcipua medullæ amplitudine. iuxta maritimas alpes tanta ut inciso uentre impleant perie uncia: latitudinem. in ægypto uero cribroꝝ lōgitudinē nō alias utiliore. Quidā etiānum unū geous faciūt iunci trianguli cyperon uocāt. multi enim nō discernūt a cypiro uicinitate nomis. nos distinguem⁹ utrūq;. Cypirus est gladiolus ut diximus radice bulbosa. laudatissimus in insulis creta: dein naxo: & postea phœnice. cretico cādor odorq; uicin⁹ nardo: naxio acrior: phœnicio exiguū spirās null⁹ ægyptio. Nā & ibi nascitur. discutit duritias corpoꝝ. Iā enim remedia dicemus: quoniā & florum odorūq; generi est magnus usus in medicina. Quod ad cypiron attinet: apollodorum quidē sequimur: q negabat bibendū q̄ p̄fessus efficacissimū esse aduersus calcelosos: eo factas scēminas quidē abort⁹ facere nō dubitat. mirumq; tradit barbaros suffitū huius hærbae excipiētes ore lyenes cū sumere. & nō egredi domibus nisi ab hoc suffitu. uegetiores enim firmioresq; sic etiā fieri. intertriginū & alage uitiis perfrictionibusq; cū oleo illitū nō dubie mederi. Cyperos iuncus est qualiter diximus angulosus iuxta terrā candidus: cacumine niger: pinguisq;. folia ima porraceis exiliora: in cacumine minuta inter quæ est semen. Radix oliuæ nigrae similis: quā cū oblōga est cyperida uocant magni i medicina usus. Laus cypero: prima hāmoniaco: secunda rhodio: tertia thracio: nouissima ægyptio: quæ & cōfūdit intellectū: quoniā & cypiros ibi nascitur: sed cyperos durissima uixq; spirans: Cæteris odor est ipsam nardū imitans. est & per se indica hærba quæ cyperis uocatur: gingiberis effigie: cōmāducata croci uim reddit: Cypero uis in medicina psilothi. Illinitur pterigiis: ulceribusq; genitaliū: & q̄ in humore sunt omnibus: sicut oris ulceribus radix aduersus serpentiū ictus & scorpionum præsertim remedio est. uuluas aperit pota. largiori tanta uis: expellit eas. urinā ciet & calculos. ob id utilissima hydropicis: illinitur & ulceribus quæ serpunt. sed iis præcipua q̄ in stomacho sunt ex uino uel aceto illita iunci radix in tribus heminis aquæ decocta ad tertias tussi medetur. semen tostū & in aqua potum si sit aluū. & scēminatū menses. capitisq; dolores facit. At qui uocatur holoschoenos eius quæ p̄xima sunt radicis cōmanducantur aduersus araneorū morsus. inuenio etiānum unū iunci genus: quod tropicē uocant. Huius semē somnū allici. Sed modū seruādū ne sopor fiat. ob id & odorati iunci medicinæ dicent: quoniā & i syria coele (ut suo loco retullimus) nascit. Laudatissim⁹ ex nabathea iuncus cognōie theucitis. proximus babiloniū: pessimus ex africa ac sine odore. Est autē rotund⁹ uino sæ mordacitatis ad linguā: Sincerus in cōfricando odorē rosæ emittit rubentibus fragmentis discutit inflationes. ob id stomacho utilis bilēq; & sanguinē reicientibus. Singultus sedat. ructus mouet urinā ciet. uesciæ medet. Ad muliebres usus decoquit. opisthonicis cū resina arida iponit. excalfactoria & rosa uteros astringit. refrigerat: usus eius diuiditur in folia & flores Capita folioꝝ partesq; cādidæ ungues uocātur. in flore aut aliud ē semē aliud capillus in capite aliud cortex. aliud calix. Folia siccat aut tribus modis exprimitur. per se cū ungues nō detrahuntur: ibi. n. humoris plurimū. aut cū detractis unguibus reliqua pars aut oleo aut uino macerat in sole uasis uitreis. Quidā & salē admiscēt & anchusā nōnulli. aut asphaltū. aut iuncū odoratū. q̄ talis maxime p̄dest uuluae ac dysētericis. exprimūtur eadē folia detractis unguibus trita per lintheū spissum in aereū uas. leniq; igni succus coquitur. donec fiat crassitudo mellis. ad hoc eligi oportet odoratissima quæq; folia:

ouorum

curipicem

subditum

Ex rosa medicinæ: & de lilio & de narciso & ex uiola. & de bacchare & cōbreto & asaro: cap. xix.

Inū quō fieret ex rosa diximus inter genera uini usus succi ad aurēs oris ulcera gingiuas. tōsillas gargarizatus Stomachū uuluas sedis uitia capitis dolores in febre per se uel cum aceto sōnos nauseas Folia utuntur in calliblephar. e siccis scēmina aspergūtur epiphoras quoq; aridis leniunt flos somnū facit inhibet fluctiōes mulierū maxime albas in posca potus & sanguinis excreatiōes Stomachi quoq; dolores quātū in uini cyatis trib⁹ Semen iis optimū crocinum nec anniculo uetustius & in umbra siccat nigrū inutile Dētiū dolori illinitur Vrinam ciet Stomacho imponitur item igni sacro nō ueteri naribus subductum caput purgat Capita pota uentrem &